ſalicet olineti. atqꝫ in hunc modum vxoꝛib⁹ ſuis alieni-
genis. Ab hac cecitate debent ſe cuſtodire pꝛecipue viri
eccleſiaſtici ⁊ etiam literati qui debent cecitates ab alijs
depellere. ne cecus ceco ducatum p̄ſtando in foueã ca
dant ambo. quia de quolibet viro eccleſiaſtico dicit do
minus Yſa. xlij. Dedi te in fedus populi mei in lucem
gentium vt aperies oculos cecoꝝ. vt educeres de ꝯclu-
ſione vinctum de domo carceris ſedentem in tenebris
Sed nota quicunqꝫ vult ab hac cecitate liberari debet
amaritudinem pene inferni que dabit̃ ꝓ luxuria ſedu-
le meditari. Quia dicunt medici ꝙ ſiler montanum cla
rum facit viſum. Juxta illud metriſte. Siler montanũ
non ſit tibi ſumere vanum. Clarificat viſum ꝗuis ſit
guſtui amaꝝ. Nihil igit̃ debet̃ luxurie niſi amaritudo
penaꝝ quia dicit̃ Apoc. xviij. Quantum glorificauit ſe
in delicijs. ſcꝫ luxurie. tantum date ei tormentum ⁊ lu-
ctum. Refert etiam Amandus in hora. Sapien. li. j. c.
x. Quidaꝫ vidit in raptu ꝙ luxurioſi ⁊ qui in delicijs ſu
is carnem ſuam nutrierũt. a ſerpentib⁹ deuorabant̃. ⁊
a bufonib⁹. igneiſqꝫ aculeis vſqꝫ ad viſcera torquebant̃
Hanc amaritudinẽ pene ſume tu homo in mane iuuẽ
tutis tue. ⁊ tũc claꝝ retinebis viſum tuum. ⁊ a luxuria
non excecaberis.

¶ Feria ſexta poſt Letare.

Erat quidam languens
Lazar⁹ nomine a Bethania de caſtello Ma
rie ⁊ Marthe ſororũ eius ⁊c̃. Johannis. xj.
D. Scd̃m naturales in aura pluuioſa ⁊ nubiloſa om̃e ani-
mal eſt indiſpoſitum atqꝫ triſte. ſicut non ſolum patet
de quadrupedib⁹ ſed etiam de auibus. Nam dicit Al-
bertus in libro reꝝ de philomena que in vocis ſue ame
nitate intantum delectant̃ vt rariſſime comedat niſi
cum ſumma feſtinatione. attamen tempore nubiloſo ⁊
pluuioſo raro cantat. Et hoc non ſolum videmus de
auib⁹ ſꝫ etiam de hominib⁹. Et ratio eſt quia tempore
pluuie aſcendunt vapores ⁊ humores de inferioribus
membris ad ſuperiora. videlicet ad cerebrum qđ tunc
perturbant. Quo perturbato omnia alia membra fiũt
triſtia. Secus eſt de aura clara. Moraliter per auram
pluuioſam intellige aduerſitatem ⁊ tribulationem. q꞉ ſi
cut aura pluuioſa aduerſari videtur ambulantib⁹: ꝗ-
uis tamen terre ⁊ fructib⁹ terre multum ꝓdeſt: Sic ad
uerſitas aut tribulatio quam hic patimur videt̃ nobis
contraria. cũ tamen multum ſit neceſſaria. Primo ad
anime viuificationem. Jux̃ illud pſ̃. cxxxvij. Si ambu
lauero in medio tribulationis viuificabis me. Secũdo
ꝓpter ꝓ̃one ꝓbationem Sap̃. iij. Sicut auꝝ in fornace
ꝓbauit eos. Tercio ꝓpter culpe purgationem. iux̃ illud
Yſa. iiij. Si abluerit domin⁹ ſordes filiaꝝ ſyon. Quar-
to ꝓpter affect⁹ excitationem. vt vicꝫ in aduerſitate ho
mo clamet ad dominũ. ſic̃ Jonas. ij. Clamaui inq̃t ad
dñm in tribulatione mea. ⁊ Dauid pſ̃. cxix. De tribula
tione mea inuocaui dominum. Quinto ꝓpter ſuperbie
humiliatõem. pſ̃. xxxviij. Afflict⁹ ſum ⁊ humiliat⁹ ſuꝫ
nimis. Sexto ꝓpter rõnis eruditõem. iux̃ illud pſ̃. xvij.
Diſciplina tua correxit me in finem. ⁊ iteꝝ. Diſciplina
tua ipſa me docebit. Septimo ꝓpt̃ virtutis ꝑfectiõem.
q꞉ dicit Aplus. ij. Chor. xij. Virt⁹ in infirmitate ꝑficit̃.
hec q̃dem aduerſitas ſeu tribulatõ lꝫ ſit bona tñ reddit
homines triſtes vt q̃ pꝛius erant leti. aduerſo eis aliquo
adueniente vt mors fratꝝ vel parẽtum vel amicoꝝ tri-
ſtant̃. ſic̃ pꝫ. ij. Reg. xviij. de Dauid q̃ mortuo filio ſuo
Abſalone triſtabat̃ flens. ⁊ aſcẽdens cenaculum ait. Fi
li mi Abſalon fili mi. q̃s mihi det vt ego moriar ꝓ te. ſic
etiam fuit de ſororib⁹ Lazari martha ⁊ maria q̃ ex mor
te fr̃is ſui Lazari triſtabant̃. vt dicit pñs euãg. Mora-
liter igit̃ ꝑ Lazaꝝ intellige quemlibet peccatorem. qui
habet cum Lazaro ꝯgruam ſimilitudinem. Primo em̃
di᷑ de Lazaro. Erat q̃dam languens Lazarus a betha
nia de caſtello marie ⁊ marthe ſoroꝝ eius. Sꝫ ꝓpter hũc
languorem lugebant ſorores. ⁊ miſerũt nunciũ ad xp̃m
di. Domine quẽ amas infirmat̃. Non petierũt em̃ ſim
plicit̃ dicentes. veni ⁊ ſana eum. q꞉ neſciebãt q̃d magis
ꝓdeſſet ei. ſanitas aut infirmitas corꝑalis. ideo xp̃i vo
luntati ꝯmiſerũt. Sꝫ nota ꝙ infirmitas int̃dum plus
ꝓdeſt ꝙ̃ ſanitas ꝓpter q̃tuoꝛ. Primo q꞉ eſt arche p̄cioſe
ꝯcathenatio. Scđo eſt ꝑſone ſceleroſe incarceratõ. Ter
cio eſt ſocij fugientis arreſtatio. Quarto eſt hoſtis reſi-
ſtentis expugnatio. Primo infirmitas corꝑalis vt dic̃
Rober. lec. xxij. eſt q̃ſi arche p̄cioſe ꝯcathenatio. Quã-
to em̃ ciſta vel archa ferreis cathenis eſt alligata ⁊ q̃nto
plurib⁹ ſeris eſt clauſa tanto eſt aptioꝛ ad ſuandum p̄-
cioſos theſauros q̃ intrinſec⁹ ſunt recõditi. Sic q̃ñ cor-
pus hominis eſt infirmatum [illegible] vt ſolet dici vulga-
rit̃. vinculis dei ⁊ ſerat̃ ſera qua [illegible]olus de⁹ apit ⁊ tunc
tale corpus eſt aptum ad omnem ſuandum p̄cioſum
theſauꝝ ipſi⁹ anime q̃ eſt nobiliſſimum locale ipſi⁹ dei.
de q̃ Bern̄. Theſauꝝ ſuãdum accepi ꝓ q̃ mercatoꝛ nõ
inſipiens ſanguinem ſuum dedit. Et eſt notãdum glo.
ſup. c. firmit̃ credim⁹. de ſum. tri. ⁊ fi. catho. dic̃. Vincu
la hominis ſunt fames. ſitis. caloꝛ. laboꝛ. doloꝛ. ⁊ mors.
⁊ hec vincula ſunt gratant̃ ſuſtinenda. iux̃ illud Sap̃.
Eccl. vj. Subijce humeꝝ tuum ⁊ porta illam. ſ. infirmi
tatem. ⁊ ne acciderís vinculis ei⁹. ⁊ infra. Decoꝛ em̃ vi-
te eſt in illa. ⁊ vincula illa alligatura ſalutis. Et hoc eſt
qđ ſignant̃ dicit apl̃s. ij. Chor. xij. Libent̃ gloriaboꝛ in
infirmitatib⁹ meis vt inhabitet in me virtus xp̃i. q. d.
Qñ ſum vinct⁹ infirmitatib⁹. tunc ſic̃ fortis ciſta apt⁹ ⁊
idone⁹ ſum ⁊ potens. Sꝫ illa vincula dirumpit pctõꝛ.
ſic̃ ꝯquerit̃ domin⁹ pſ̃. cxv. Dirupiſti vincula mea. nã
rumpit vincula famis ꝑ crapulam. Sitis ꝑ ebrietatem
Frigoris ꝑ veſtimentoꝝ nimietatem. caloꝛem ꝑ veſtiũ
ſtilitatem. laborem ꝑ q̃etem. dolorem ꝑ voluptatem ⁊
mortem ꝑ medicinas. Jđ grauioꝛib⁹ vinculis ligabit̃. ſ.
fame. ſiti ⁊ pena. Jux̃ illud Yſa. lxvij. Serui mei come-
dent. vos aũt eſurietis. Serui mei bibent. vos aũt ſitie
tis. Similit̃ ligabunt̃ frigore ⁊ calore et̃no. Job. xxviij.
Ab aq̃s niuium tranſeũt ad caloꝛem nimiũ. Jtem liga
bunt̃ vinculo laboris. q꞉ de damnato dicit̃ in pſ̃. xlviij.
Laborabit in eternum. ⁊ viuet adhuc in finem. Jtẽ in
vinculo doloris. q꞉ p̄ dolore linguas ſuas deuorabũt.
Et vltimo vinculo mort̃ ꝑpetue. q꞉ ſm̃ pſ̃. Mors de-
paſcet eos. Secũdo infirmitas corꝑalis eſt ꝑſone ſcele-
roſe incarceratio. Qñ em̃ aliq̃s fur capit̃ q̃ multos ſoci-
os habuit. ⁊ multoꝝ maloꝝ eſt ꝯſcius vinculat̃ ⁊ ma-
gis tormentis affligit̃. ⁊ hoc põt iuſte fieri. vt dixi ſup̃
dñica. iiij. in aduen. J. G. donec ꝯfiteat̃ veritatem. ⁊ ſo
cios ſuos in crimine ꝓclamet ⁊ accuſet. Moralit̃ caro ẽ
res multum crimínoſa. Socij aũt ſunt ſenſus corꝑis q̃
freq̃nter ſpoliant animam v̈tutib⁹ vt anima de q̃libet
ꝯq̃ri põt illud Job. xix. Spoliauit me gloria mea. ⁊ ab-
ſtulit coronam de capite meo. Gloria em̃ anime ⁊ coro-
na eſt q̃libꝫ v̈tus. ſ. iuſticia. prudentia. ⁊ fortitudo. tp̃ã-
tia. caſtitas. ⁊ ſic de alijs. q̃s ſpoliant q̃nqꝫ ſenſus velut
ſocij carnis. Jdeo iſtum furem de⁹ capit ⁊ incarcerat. ⁊
ponit ad queſtiones per tormenta q̃ñ immittit ſibi for-
tes febres vel paraliſim. ⁊ ſic de alijs. Et cauſa eſt. q꞉ al̃s
nõ confiteret̃ veritatem. nec ſocios in crimine ꝓclama
ret. Vidimus em̃ ꝯmuniter ꝙ illi qui ſunt ſerui vix in
anno vl̃ in duob⁹ ꝯfitent̃ ſtatim cum infirmant̃ ꝓ ſuis
confeſſorib⁹ mittunt. ⁊ faciunt actionem ſue ꝯfeſſionis
coram correctore. iux̃ illud pſ̃. lxxvij. Cũ occideret eos.
ſ. infirmitatem mortis immittendo. q̃rebant eum ⁊ re-
uertebant̃. ⁊ diluculo veniebãt ad eum. Et rõ eſt. q꞉ de
us adiutoꝛ eſt ⁊c̃. ⁊ in alio pſ̃. ſ. xv. Multiplicate ſunt
infirmitates eorum poſtea accelerauerunt. Tercio in-
firmitas corporalis eſt quaſi ſocij fugientis arreſtatio.

Contingit multotiens ꝙ multi ſocij ꝑegrinant̄ ſimul
⁊ in itinere faciunt expenſas ſuas communes ⁊ viuūt
delicate ſymbolum componētes. ⁊ ꝯſtituentes vt vnuſ
quiſq; ꝓ victu ſuo ſoluat. Euenit ergo interdum ꝙ vn⁹
eoꝝ fugere nitit̄ ſymbolo ſuo nondum ſoluto. ⁊ inten-
dit aſportare ratam ſuam ⁊ alij ſoluunt ꝓ eo. Talem igr̄
apprehenſum. iuſtum eſt arreſtari. ⁊ ad ſymboli ſui ſo-
lutionem compelli. Moraliter iſto modo anima ⁊ cor-
pus peregrinantur ſimul in hoc mundo iuxta illud. ij.
Ꝑ Chor. v. Q̄diu ſumus in hoc corpore peregrinamur
⁊ ſimul faciunt etiam communes expenſas. q: nec ani-
ma ſine corpore. nec corpus ſine anima peccando dele
ctant̄. Iuſtum ergo eſt q: ſicut vterq; delectatione par-
ticipat. ſic vterq; ꝓ rata ſua in penam ſymbolum exol-
uat. mō ſic eſt ꝙ caro eſt q̄ſi ſocius fugitiuus ⁊ incon-
ſtans. ⁊ nollet ſoluere quicq̄. q: dicit̄ de ipſa Iob. xiij.
Fugit velut vmbra. ⁊ nunq̄ in eodem ⁊c. Deus ergo q̄
iuſtus eſt ⁊ iuſticias dilexit ⁊ diligit ſm pſ̄. x. Facit eam
arreſtari per infirmitatem. ⁊ compellit eum ſoluere q̄n-
tum iuſticia exigit velit nolit. Math. xviij. Miſit eum
in carcerem donec ſolueret vniuerſum debitum. Exem
plū habe⁹ de rege Ezechia. iiij. Reg. xx. ⁊ Yſa. xxxviij.
Qui cum peccaſſet ꝯ dominum infirmatus eſt vſq; ad
mortem. Sed quod fuit illud pctm̄ dubitant doctores
Dicit eñ Ioſephus in li. antiq̄tatum. ꝙ deo non fece-
rat canticum regratiatorium ꝓ tanto inopinabili tri-
umpho quem dederat ſibi. Sicut eñ habet̄. iiij. Reg.
xix. Angelus domini in caſtris aſſyrioꝝ percuſſit vna
nocte. c. ⁊ lxxxv. milia. Nam ſm glo. omnes robuſtos
bellatores ⁊ principales exercitus occidit. Vt habet̄. ij.
Paralip. xxxij. Et vt dicunt hebrei. Corpora mortuoꝝ
erant incinerata ſub armis ⁊ ſub veſtib⁹ intactis. Sed
Ezechias animo elatus canticum nō cantauit. Offen-
ſus ergo domin⁹ immiſit ſibi infirmitatem vt timeret.
hec Ioſephus. Sed hoc improbat Ra. ſal. per hoc ꝙ
Yſa. dixit poſtea. Et de manu regis aſſyriorum libera-
bo te ⁊ in ciuitatem hanc. Ex q̄ patet ꝙ percuſſio Sen
nacherib erat poſt infirmitatem Ezechie ⁊ non ante.
Sed hoc ei accidit vt dicit Grego. eo ꝙ non voluit ac-
cipere vxorem. quod tamen facere tenebat̄ vt linea da-
uid in regno per ipſum continuaret̄. ꝓpter quod con-
ualeſcens accepit vxorem de qua genuit Manaſſen. et
huic litere videt̄ concordare ſequent̄ capituli ſententia
iiij. Reg. xxj. ſ. ꝙ Manaſſes erat. xij. annoꝝ cum regna
re cepiſſet. Et ꝓpter hanc cauſam vſq; ad mortem egro
tauit miſitq; ad Yſaiam ꝓphetam qui ſibi diceret. Di-
ſpone domui tue. i. ordina teſtamentum tuum. morie-
ris enim ⁊ non viues. Et hec fuit ꝓphetia comminatio
nis que interdum mutat̄. ⁊ non predeſtinationis que
ſemper euenit. Et ſtatim Ezechias auertit faciem ſuaȝ
ad parietem. ⁊ orauit cum lachrymis dicens. Obſecro
memento domine quomō ambulauerim coraȝ te in ve
ritate ⁊ corde ꝑfecto ⁊ qđ placitum eſt coram te fecerim
fleuitq; fletu magno valde. Statimq; egreſſus Yſaias
de palatio regis. anteq̄ ptranſiſſet mediā portam atrij
dixit dominus ad Yſaiam. Reuertere dic Ezechie du
ci ppli mei. Audiui orōnem tuaȝ. ⁊ vidi lachrymas tu-
as. ⁊ ſanaui te. die tercia aſcendens in templum dei. et
addam dieb⁹ tuis q̄ndecim annos. Et tunc die tercia
aſcendit in templum ⁊ cantauit illud canticū. Ego di-
xi in dimidio dierum meoꝝ vadam ad portas inferi ⁊c.
Ecce ꝙ Ezechias qui ſm Ioſephum non ſoluerat deo
qđ debuit. arreſtatus per infirmitatem fuit donec ꝑfe-
cte ſoluiſſet. Antiq̄ eñ pres ꝓ victorijs eis ꝯceſſis diui
nitus. cantica regratiatoria curioſe ſolebant ꝓmere vt
dicit mgr̄ in hiſtorijs li. iiij. Quarto infirmitas eſt ho-
ſtis reſiſtentis expugnatio. Caro eñ reſiſtit ſemꝑ ſpiri-
tui. ⁊ ꝯcupiſcit pugnando ꝯtra ipſum ſicut figuratum
eſt Danielis. xj. vbi legit̄ ꝙ rex aquilonis pugnauit cū
rege auſtri. Rex eñ aquilonis ſignificat carnem. q: dr̄

Iere. j. Ab aquilone pandetur omne malum. q: a car-
ne venit malum peccati. ⁊ hec reſiſtit regi auſtri. i. ſpiri-
tui. iuxta illud Apoſtoli ad Galla. v. Caro concupiſcit
aduerſus ſpm̄. Et ideo debilitatio carnis per infirmi-
tatem fortificatio eſt ſpiritus. Iuxta illud Eccl. xxxj.
Infirmitas carnis ſobrium facit. Vnde Bern̄. expo-
nens illud apoſtoli. Quando infirmor tūc fortior ſum.
⁊ potens. Quid mirum ſi hoſte debilitato fortior effici-
ar niſi forte infeſtiſſimam dixerim carnem que non ceſ-
ſat cōcupiſcere aduerſus ſpiritum. Hec eñ dicta ſunt
de infirmitate corporali. de qua poteſt exponi illud ver
bum domini quod ſequit̄ in euangelio. Infirmitas nō
eſt quo ad mortem. ſ. eternam. ſed ꝓ gloria dei vt glori-
ficet̄ filius dei per illam. Quia perfecti viri in ſuis infir
mitatib⁹ glorificant ⁊ benedicūt dominū. Sic ille Ser-
uulus nomine de quo ſupra dominica ꝑma in aduen-
tu domini ſmone. ij. A. V. Similit̄ de illo in. lx. ſmo.
j. Q.Q. Exemplo ſecūdo cum illis exemplis ſic aſſigna-
tis potes ſmonem concludere ne populum tedio affi-
as. Vlteri⁹ nota per Lazarum vt dixi recte poteſt pec-
cator deſignari. Primo enim ſicut ille infirmabatur ſic
peccator in anima infirmat̄ per delectationem in ſenſu
alitate. Et hec q̄dem delectatio fit ex mala cogitatione
q: dicit Yſid. li. de ſummo bono. Cogitatio praua ma-
lam delectationem parit. Vnde nota delectatio praua
eſt triplex. Prima eſt naturalis ſine q̄ natura humana
eſſe nō pōt ſicut eſt illa quam habet homo in comeden
do ⁊ bibendo. ſ. in cibo ⁊ potu ⁊ ſomno ſibi ꝯuenienti.
Que q̄dem delectatio pctm̄ non eſt ſi nō excedat regu-
las rōnis. Vnde Ariſt. vij. Ethic̄. Delectationum q̄-
dam ſunt neceſſarie. q̄dam voluntarie ⁊ ex electōe. Ne
ceſſarie ſunt ſic̄ cib⁹ ⁊ pot⁹ ad ꝯſuationem indiuidui. ⁊
venereoꝝ ad ꝯſuationem ſpeciei. Volūtarie delectatō
nes ſunt victoria. honor. ⁊ diuitie. Et dicit Ariſt. ꝙ de
lectatōes corpales ſunt q̄ſi medicine. ⁊ habent triſticias
ſibi oppoſitas. immo nihil valent niſi triſticia cōtraria
p̄cedente. ſicut delectatio que eſt in quieſcendo nō pla-
cet niſi feſſo ⁊ fatigato. Et delectatio in bibendo nō ac-
ceptat̄ niſi ꝓpter ſitim. Et delectatio que eſt in comedē-
do intendit̄ aut augmentat̄ ꝓpter famem p̄cedentem.
In hoc aūt genere delectatōis nō pōt homo ꝯtinue de
lectari vt dic̄ Ariſt. x. Ethic̄. Tum q: omnia nō pōt ꝯti
nue operari ⁊ nulla delectatio eſt ſine opatiōe. aut ope-
re rōne anime. Tum q: delectatio ꝯtinuata circa vnū
generat faſtidium. Si vo erit diuerſa circa eam nulla
erit ꝑfectio. Vnde dicit q̄n delectamur in vno vehemē
ter ꝯtunc nō attendim⁹ alia. ſicut amantes fiſtulas nō
attendūt ſmonib⁹ q̄ loquunt̄ eis. delectabilib⁹ eñ alte
rum repellit. Et ideo iſta delectatio nō habebit̄ totalit̄
niſi in viſione dei q̄n tota anima ſimul ⁊ ſemꝑ adimple
bit̄. Iuxta illud pſ̄. xv. Adimplebis me leticia cum vul
tu tuo delectatōes in dextera. Scđa delectatio eſt rōna
lis q̄ ꝯſiſtit in ꝯtemplatiōe veritatis. Tercia eſt beſtial̄
q̄ eſt turpiſſima delectatio ⁊ exprobabilis. ſic̄ dic̄ Ariſt.
iij. Ethi. c. xv. q: homines tali delectatōe nō vtunt̄ ſm
ꝙ homines. ſȝ ſm ꝙ animalia. ſic̄ narrat̄ ibidem de q̄-
dam q̄ appecijt guttur ita lōgum ſic̄ eſſet guttur gruis
vt diu in cibo ⁊ potu delectaret̄. Et hec delectatio ani-
me cauſat infirmitatem. Sȝ nota q̄dam delectatio ē in
ſpē. ꝓpria ſupbiēs de pulcritudīs vanitate. ſic̄ de hoc po
nit exemplū Ouidi⁹ metha. li. iij. ꝙ Narci⁹ puer q̄dam
facūdie tante fuit. vt ſtatim nat⁹ ab homib⁹ poſſit ama
ri. Parentes eñ ꝑmo delectatōe nimia ſue pulcritudi
nis ꝯſuluerūt q̄ndam vatem ſi iſte puer euum attigat
ſenectutis ⁊ ſi eſſet future etatis lōgeue. Ille rn̄dit. Diu
inquit viuet ſi ſeipſum non nouerit. Puer vo adultus
⁊ factus iam iuuenis tantam ſuſcepit de ſuo decore ſu-
perbiam ꝙ omnium ꝯtempſit amorem tam iuuenum
q̄ puellarum. Tandem fatigat⁹ quodam die de vena-
tione diuertit ad fontem quendam puriſſimum cauſa

ſitis ſedande. Et dum videret imaginem ſue ſpeciei in fonte miratꝰ ſpeciē tante pulcritudinis viſe imaginis. Conſiderat frontem. crines. os. genas. ⁊ oculos ⁊ amore iſtius imaginis alloquitꝰ imaginem extendit brachia vt eam apprehendat nihil inuenit niſi aquam. Offert oſcula ⁊ imago videtꝰ retrocedere velle. Ridet puer et illa corridet. lachrymatꝰ ⁊ illa deplorat. Sic igitꝰ exardeſcēs i amore ſuipſius languens defecit ⁊ in florem iuuentutis ſui nominis eſt conuerſus. Moralitꝰ iſte puer qui ſic in ſpecie ſua fuit delectatus. ſignificat quemlibꝫ qui vane gloriatꝰ de frangibili decore corporis. ⁊ tandē delectatꝰ ꝙ totaliter euaneſcit. ⁊ vbi hemo eſſe deberet inutilis flos fit. Iuxta illud Iſa. xl. Omnis caro fenū ⁊ omnis gloria eſt q̄ſi flos agri. Iſti igitꝰ qui ſic delectantur in ſua magna pulcritudine diu vita ſubſequente viuerent ſi ſeipſos non noſcerent. In cuiꝰ figura Herodes occidit Iohannem Math. xiiij. Herodes interp̄tatꝰ glorians in pellibꝫ. ⁊ deſignat ꝑſonam in pulcritudine corporis que non eſt niſi in ſuperficie ſine pelle ſm Ariſtotelem gloriantem Iohannes vō gr̄a vel in quo eſt gratia interp̄tatꝰ. Herodes ergo occidit Iohannem dum ſuperbe gloriabatꝰ de ſpecie que latebat in mente. Quidam denicꝫ delectantꝰ in ſpecie aliena ſic̄ ille ſenex ſacerdos cui dixit Daniel. Semen Chanaan ⁊ nō Iuda ſpecies decepit te. ⁊ ꝯcupiſcentia ſubuertit cor tuum Daniel. xiij. Delectatus enī in ſpecie Suſanne de q̄ dr̄. Porro Suſanna erat delicata nimis ⁊ pulcra ſpecie. Sic Holofernes in ſpecie Iudith delectatus ab ea in lecto fuit occiſus Iudith. xvj. Sic Dauid captus fuit in ſpecie Berſabee. ij. Reg. xj. Ideo dicitꝰ Eccl. ix. Non circumſpexeris ſpeciem alienam, ꝓpter ſpēm mulieris multi perierūt. Et ex hac ꝯcupiſcentia q̄ſi ignis exardeſcit. Eſt tn̄ notandum delectare in ſpecie creature ꝓpter deum eſt licitum. Quia dicit pſ. xcj. Delectaſti me domine in factura tua. Et plus dic̄. Oportet inſpicere formas rex ⁊ laudare creatorē q̄ fecit illas. Sꝫ delectari in creatura ꝓpter ſeipſam nō eſt bonum ſꝫ peruerſum. Sicꝫ delectatio cauſat ſpūalem infirmitatem que ꝑ infirmitatem Lazari deſignatꝰ. Sed ſi taliter infirmatꝰ debeat conualeſcere dulci ⁊ pia indiget inſtructione ⁊ allocutione. Quia dic̄ Galienꝰ li. j. ſecretoꝝ. Proferenda ſunt verba dulcia ⁊ delectabilia coram eo q̄ languet morbo quolibet ſiue febre. Ex verbis enim ꝯſolatorijs infirmꝰ ſepe cōualeſcit. Sic etiam infirmo pctōri dicenda ſunt verba dulcis ꝯſolationis vt de languore ſuo ſpūali citiꝰ ꝯualeſcat. ſicut factum fuit de illo. Quidam enī vt legitꝰ magnus pctōr nullatenꝰ voluit ꝯfiteri. Tandem vxor eius vidit duos frēs ire ante domum ſuam. q̄s vocans ad ſe dixit. Videte dilecti frēs ſi aliquo mō poteſtis virum meum ad ꝯfeſſionem inducere. Ad quem cum acceſſerat ſenior nihil ꝓfecit. Tandē acceſſit alꝰ qui dulcitꝰ dixit ad eum. Cuiuſmodi homo fuiſtis vos? R̄ndit ille. Mercator fui. Cui frater. velletis in q̄t hodie facere forum in q̄ mecum lucramini centum marcas adhuc an̄ veſperas. R̄ndit ille. vtiqꝫ. Cui fratꝰ. Mos eſt vt ille q̄ vendit vel emit oportet ꝙ rem vendibilem oſ̄dat ſuo emptori. Ego aūt facio forꝝ vobiſcum hodie. ⁊ do vob omnia opera mea bona que vnꝙ feci in ordine q̄ ſunt ieiunia. orōnes. p̄dicationes. ⁊ omnia alia q̄ feci. ⁊ habete omnia ꝓ peccatis v̄ris. Modo oſ̄dite mihi peccata v̄ra. Tunc ille cepit omnia dicere q̄ fecit. Cumqꝫ ille audiſſet hec voluit ab eo recedere. quem ille cum lachrymis tenens ꝑ plicam rogabat di. Dn̄e dilecte illud forꝝ ſit mō. ꝑmo audite me ⁊ cepit cum tantis lachrymis cōfiteri. ꝙ omnes ſtupebant de tam ſubita mutatōe. ſ. ꝙ illud cor tamdiu fuit tam ſubito immutatum. Ecce ꝙ hec dulcia verba ⁊ delectabilia hūc infirmum pctōrem ſanauerūt. Secūdo Lazarꝰ poſt infirmitatem mortuꝰ eſt. qđ dn̄s innuit in his verbis. Lazarus amicꝰ nr̄ dormit. Sed vt ait euangeliſta dixerat Ihs de morte eius

Sic etiam peccator poſt infirmitatem ſpiritualem moritꝰ in anima qn̄ poſt delectationem quam in pctō habuit in ip̄m voluntarie conſentit. Et dic̄ notantꝰ hic lazarus dormit. Dicit enī Galienꝰ ꝑncipaliter: ⁊ alij medici: li. vj. ſecretoꝝ. Infirmi cum dormire incipiunt vt freq̄nter obiunt ⁊ decedunt. Cuiꝰ rōem aſſignat plus in ꝓbleuma. di. Somnus enī eſt quies omnium ſenſuum. ſubtractioqꝫ virtutum. Cūqꝫ infirmi ſomnum faciunt ꝯſtat ꝙ in ipſis quieſcūt ſenſus ⁊ ſubtrahuntꝰ v̄tutes. Quieſcentibꝫ igitꝰ ſenſibꝫ ⁊ virtutibꝫ ſubtractis. natura ſua deſtituitꝰ actione ⁊ mors celeritꝰ comitatꝰ. ſic ⁊ ſpūaliter de pctōribꝫ q̄ cum dormiunt in peccatis in anima moriuntꝰ. Ideo illis q̄ dormiunt in peccatis dic̄ Sap̄. Prouer. vj. Vſqꝫquo piger dormis. q. d. Surge a ſomno peccati ne eterna morte moriaris. Tercio ſicut Lazarꝰ fuit ab hominibꝫ aſportatꝰ ne putreſceret apud eos. ſic pctōr aſportatꝰ ab hominibꝫ ꝑ culpe ſue abominationem ⁊ diffamationem ne putreſcat apud homines. Pctōr enī cū iaꝫ mortuꝰ eſt in pctīs de fama nō curat ſꝫ ſine freno peccat. ita vt exemplo male viuendi q̄ſi feteat in ꝯſpectu hominum. qꝛ dicit Rober. holc. lect. xviij. De fama hominis ſicut de paratura piri vel pomi. Illa corticatura ſi deleatꝰ a pomo que q̄uis parum. multum valet tamen quia quādo eſt in pomo bene cōſeruat pomum. ⁊ quando auferꝰ a pomo ſtatim corrūpitꝰ ⁊ putreſcit. Iſto modo etiam eſt de fama. q̄diu habet homo famam integram cohibetꝰ ⁊ reſeruatꝰ ꝑ eam a multis peccatis. Sed reuera deperdita fama hominis vnum de maximis refrenatiuis a peccatis eſt perditū. ⁊ tunc ꝑſona putreſcit continue. ſicut pomum putreſcit cortice denudatum. Quia dicitꝰ Prouer. x. Memoria iuſti cum laudibꝫ ⁊ nomen impioꝝ putreſcit. Cum enī homo ſic putriuit per infamiam abominabitur ab hominibꝫ. ⁊ per diffamationem ab eis aſportatꝰ. Ideo conſuluit Sap̄. Prouer. xxij. Curam habe de bono nomine. hoc enim permanebit diutius q̄ mille theſauri. Ideo habetꝰ Eccl. xlj. ⁊ plus. Qui famam ſuam negligit crudelis eſt. Quarto ſicut Lazarus fuit ſepultꝰ. ſic etiam peccator ſepelitꝰ per malam conſuetudinem. vt dixi ſupra dominica Letare. ſermone. j. in arenga. Cōparatur enim recte mala conſuetudo ſepulture Lazari ſm Auguſti. in ſermone domini in monte lib. j. c. xiiij. Sicut inquit videtis iſtis magnis ⁊ nobilibꝫ fiunt ſepulcra honeſtiſſima de marmore vel alijs honeſtis lapidibꝫ ſeu lignis cum picturis ⁊ figuris ſimul ornant ⁊ honorant. Ita etiam iſtis magnis ⁊ potentibꝫ mortuis per peccatum faciunt adulatores ſepulcra dealbata ⁊ depicta palliantes ⁊ diminuentes ⁊ excuſantes. immo commēdantes peccata hominum potentum. quia potens laudatur in deſiderijs anime ſue. Et iſti videntur eos ornare honorareqꝫ cum ita faciunt. ſed ſimul cum hoc onerant ⁊ opprimunt miſeros ne reſurgant per penitentiam a peccatis. Cui conſonat Gregorius in moralꝰ. cap̄. ix. Chriſtus tres mortuos ſuſcitauit. Puellam mortuam in domo. Iuuenem in porta. Lazarum in ſepulcro. Quartum vō mortuum diſcipulo nunciante cognouit ſed tamen non ſuſcitauit. Quia valde difficile eſt vt is qui poſt vſum male conſuetudinis a mentꝫ ſue morte reuocetur. De quo Luce. ix. Sinite mortuos ſepelire mortuos ſuos. Mortui enim ſepeliunt mortuos cum peccatores inter ſe fauoribus ſe premūt. Erat autem Lazarus mortuus ſed tamen non a mortuis ſepultus. De hoc quere plura ſupra dominica Letare. ſermone. j. V. M. vbi dictum eſt de conſuetudine peccandi. Quinto ſicut Lazarus a vermibus conſumptꝰ fuiſſet ſi diutius in ſepulcro iacuiſſet. Quia iam corpus eius fetebat vt dixit Martha. Domine iam fetet. quadriduanus eſt. Sic anima aut mens peccatoris que priuata eſt vita gratie conſumitur et corroditur quottidie a verme conſcientie. Eſt enim conſcientia

vt dicit Rober. hol. lec. cxcj. Accuſatrix ſue tranſgreſſionis reuelatrix nr̄e dep̄ſſionis vindicatrix ſtricte ꝓfeſſionis. Primo enī ꝯſcientia eſt accuſatrix ſue tranſgreſſionis. Sicut enī puero dat̄ dica in qua defectus ſui ſignant̄. vt poſtea verberet̄. ⁊ nullo mō licet ſibi abijcere dicam ſuam. q꞉ ꝑ eam accuſabit̄. ita cuilibet alligat̄ conſciencia in q̄ omnia peccata ſua numerant̄ vt ſm eaʒ in iudicio accuſet̄. iux̄ illud Roma. ij. Teſtimonium reddente illis ꝯſcīētia ipſoꝝ. Et intro ſeinuicem cogitationum excuſantium aut defendentium in die cum iudicauerit deus occulta hominum. et dic̄ Glo. Dicunt autem cogitationes excuſantes male. ⁊ defendētes bone que examinant̄ ⁊ diſcutiunt̄ coraʒ naturali iudicatorio hominis. ſicut coram iudice ꝑ p̄ma ꝑncipia opabilium naturaliter inſerta ſicut eſt illud. Hoc facias alijs qḋ tibi vis fieri ⁊c̄. Et ideo iſtam accuſatricem maxime timere debem⁹ dicēte Sen̄. in libello ſuo de morib⁹. Conſcientiam pctōꝝ tuoꝝ magis timueris q̄ teipm̄. Alienum enī potes effugere. teipm̄ nunq̄. Et iteꝝ in eodem. Conſcientiam magis q̄ famam intende. Falli nanqꝫ poteſt fama. ꝯſcientia nunq̄. Sicut enī charitatiu⁹ iudex primo monet ꝑſonam ad bene opandum ⁊ eam p̄munit de ſuis defectibus. ⁊ ſi ſe correxerit culpam celat. Sed ſi corrigere ſe contempſerit euʒ publice in iudicio proclamat. Ita conſcientia nr̄a in p̄nti q̄dem nos corripit et rep̄hendit occulte. Sed ſi nos nō correxerim⁹ in futuro iudicio publice ꝓclamabit. Iux̄ illud Leuiti. v. Aut ꝯſcius eſt niſi iudicauerit portabit iniq̄tatem ſuaʒ. Secundo ꝯſcientia eſt reuelatrix nr̄e dep̄ſſionis. vnde tribulationis terrene ſingularis ꝯſolatio eſt bona ꝯſcientia. ſm illud Apl̄i. j. Chor̄. j. Gloria noſtra hec eſt teſtimonium ꝯſcientie nr̄e. Vnde Amb. de officijs. Et bn̄ ſibi conſcius non debet moueri falſis conuicijs. nec eſtimare plus in alieno ꝯuicio q̄ in ſue ꝯſcīētie teſtimonio ⁊ Greg. ſup Ezech. omel. iiij. Quid ꝓdeſt ſi homines te laudant ⁊ ꝯſcientia accuſat. Aut q̄d obeſt ſi omnes derogant ⁊ ſola ꝯſcīa defendit. Et hec Aug. ſup pſ̄. xviij. Et ponit̄. xj. q. iij. cuſtodi. Cuſtodi inq̄t intus ꝯſcientiam ⁊ innocentiam tuam vbi nemo opprimit cām tuaʒ p̄ualebit in te falſum teſtimonium apud homines. ſed nunq̄d apud deum valebit vbi cauſa tua dicēda eſt qn̄ deus erit iudex nullus alius teſtis q̄ ꝯſcientia tua erit int̄ iudicem ⁊ ꝯſcientiam tuam. hec Aug⁹. Idcirco dꝫ peccator q̄ in peccatis mortuus eſt ⁊ iam ꝑ malam conſuetudinem ſepultus diligenter laborare vt ꝯſcientiaʒ mordentem expurget vt in dep̄ſſione ſua reuelet̄ ꝑ conſcientiam bonam ⁊ ſecuram. Tercio ꝯſcientia eſt vindicatrix fracte ꝓfeſſionis. Omnes enī xp̄iana ꝓfeſſione cenſemur. ⁊ iō quotiens iſtam ꝓfeſſionem refringim⁹ ꝯſcientia nr̄a non ſolum accuſat. immo vindicat mordendo ⁊ pungendo. iux̄ illud Prouer. xij. Eſt q̄ ſibi ꝓmittit ⁊ q̄ſi gladio pungit̄ ꝯſcīētia. Sexto vō ⁊ vltimo. Lazarus fuit a domino ſuſcitat⁹ ⁊ poſtea diſcipulis ad ſoluendum p̄ntat⁹. Suſcitat⁹ vō qn̄ dixit Lazare veni foras. ⁊ ſtatim ꝓdijt qui fuerat mortuus ligat⁹ pedib⁹ ⁊ manib⁹. ⁊ facies illius ſudario erat ligata. Sup q̄ dic̄ mgr̄ li. iiij. di. xvij. c. j. Lazarus non p̄us de monumento eſt egreſſus ⁊ educt⁹ ⁊ poſt a dn̄o ſuſcitatus. ſꝫ intus ſuſcitatus ꝓdijt foras viuus vt oſn̄deret̄ ſuſcitatio anime p̄cedere ꝯfeſſionem. Et ſbdit rōem. Nemo enī pōt ꝯfiteri pctā niſi p̄us ſuſcitat⁹. q꞉ a mortuis velut ab ipō q̄ non eſt perit ꝯfeſſio. Eccl̄i. xvij. ⁊ ſequit̄. Nullus enī ꝯfitet̄ niſi ſuſcitat⁹. Nemo vō r̄ſuſcitat̄ niſi q̄ a pctō ſoluit̄. q꞉ pctm̄ mors anime eſt. que vt eſt vita corpis ita e⁹ vita deus eſt. Per hoc ꝓbat mgr̄ q̄ ante ꝯfeſſionem vl̄ ſatiſfactōꝫ ſola ꝯtritione vel ꝯpunctiōe pctm̄ dimittit̄. neceſſe tn̄ eſt vt poſt ꝯtritionem vel ꝯpunctōꝫ cum tēpus habeat etiam ꝯfiteat̄. q꞉ dicit Ioh. Criſ. Non poteſt quiſq̄ grām dei accipe niſi purgatus fuerit ab omni peccato ꝑ ꝯfeſſionem. ⁊ Aug. ſic dicit. Nōnulli in vita peccata ꝯfiteri negligunt. q꞉ erubeſcunt ⁊ ideo non merent̄ iuſtificari. Sicut enī quandoqꝫ in nobis ꝑcipim⁹ ꝯpunctionem ita etiaʒ ꝯfeſſio exterior ⁊ ſatiſfactio ſi aſſit facultas fiat. vnde necvere penitens eſt q̄ ꝯfeſſionis votum nō hꝫ. Et ſicut peccati remiſſio mun⁹ dei eſt. ita ꝯfeſſio ⁊ pnīa ꝑ quam pctm̄ delet̄ nō pōt eſſe niſi a deo. Quod idem teſtat̄ ſup illud pſ̄. l. Spm̄ tuum ne auferas a me. Iam inq̄t donum ſpūſſancti habet q̄ ꝯfitet̄ ⁊ penitet. q꞉ non pōt eſſe ꝯfeſſio peccati ⁊ punitio in homine ex ſeipſo. Cum enī iraſcit̄ ſibi quiſq̄ ⁊ diſplicet ſine dono ſpūſſancti non eſt. Oportet ergo ꝯfiteri penitentem ſi tempus habeat. ⁊ tn̄ anteq̄ ꝯfeſſio fit in ore ſi votuʒ ſit in corde p̄ſtat̄ ei remiſſio. hec Aug. Sꝫ poſtea xp̄c Lazaꝝ diſcipulis ſoluendum p̄ntauit cum dixit. Soluite eum ⁊ ſinite eum abire. Sup quo dicit mgr̄ li. iiij. di. xviij. c. vj. Lazaꝝ iam viuificatum obtulit diſcipulis ſoluendum. Quia ⁊ ſi aliquis apud deum ſit ſolutus. non tn̄ in facie eccl̄ie ſolutus habet̄ niſi ꝑ iudicium ſacerdotis. Et ſbdit. In ſoluendis enī culpis vel retinēdis ita operat̄ ſacerdos euāgelicus ⁊ iudicat. ſicut olim legalis in illis q̄ ꝯtaminati erant a lepra que pctm̄ ſignificat vel figurat. Et infra ca. vij. dicit. Ligant quoqꝫ ſacerdotes dum ſatiſfactionē pnīe imponunt penitentib⁹ Soluunt vō cum de eo aliq̄d dimittunt. ⁊ ꝑ eam purgatos ad ſacroꝝ ꝯmunionem admittunt.

¶ Dominica in paſſione.

Si ſanguis hircoruʒ aut thauroꝝ ⁊ vitule cinis aſperſus inquinatos ſanctificauit ad emundationem carnis. q̄nto magis ſanguis xp̄i qui per ſpm̄ſanctum ſemetipſum obtulit immaculatum deo emūdauit ꝯſcientiam nr̄aʒ ab opib⁹ mortuis ad ſeruiendum deo viuenti ad Hebre. ix. Ariſt. li. ꝓbleumatuʒ. Sanguis in mortuis ſimpliciter non apparet. Et illius rōem aſſignat Auicēna di. q̄ in omni tp̄e mortis ad pectoris regionem ꝯfluit. ꝓpter qḋ in mortuo pectus intumeſcit. Sed Galienus ponit aliam rationem dicens. Q꞉ ſanguis in tempore mortis in ſubſtantiam tranſmutat̄ carnis. Moraliter per mortuoꝝ corpora intelligit̄ peccatoꝝ ꝯſcientia immunda. Sed per ſanguinem intellige peccatum. Iux̄ illud Greciſte. Sanguis peccatum. ſanguis quoqꝫ dr̄ humor. Sicut enī in corporib⁹ mortuis nō apparet ſanguis. Sic peccatum in hominib⁹ ſpūaliter mortuis nō agnoſcit̄ nec ſentit̄ ab eis. Et ratio eſt. quia vt dic̄ holcot ſup li. Sap̄. lect. cxxxvij. Omnis peccator frenetico comparat̄. Quia quanto grauius infirmat̄ tanto ſe reputat ſaniorem. Ridet cum flere deberet. ⁊ gaudet de infirmitate. ⁊ nō cuſtodiri poteſt niſi vinculatus. Ita peccator quanto peior tanto minorem ſe reputat peccatorem. Quia Prouerb. xviij. Impius cum in ꝓfundum venerit peccatorum cōtemnit. Quod autem peccatores iam peccatum non cognoſcunt figuratum eſt de Hieroſolymitanis quib⁹ dixit dominus. Si cognouiſſes ⁊ tu. quaſi di. Si cito cognouiſſes peccata tua q̄ cito iam ſunt abſcondita ⁊ tu fleres ea. Vt igitur freneticus peccator ſanaretur ⁊ peccatum ſuum cognoſceret neceſſe fuit vt ſanguis Xp̄i funderet̄. Iuxta illud Auguſti. contra quinqꝫ hereſes fuſus eſt ſanguis medici. ⁊ factum eſt medicamentum frenetico. De hoc ſanguine precioſo dicunt verba prelibata. Pro quorū intellectu eſt notādum. Lex antiqua hoc tenuit. Quādo aliquis immundus fuit lepra vel alia immundicia carnali. tunc aliquis oſtendebatur mundus eſſe in ſe per ſanguinem animalium irrationalium. et quo ad hoc dicit. Sanguis hircorum ⁊ thaurorum. Gloſa. effuſus. ⁊ ſuper immundos aſperſus inquinatos ſanctificauit. i. mundos eſſe oſn̄dit aut demōſtrauit q̄tuꝫ ad penam peccati legalis. ¶ Et ſicut cinis vitule aſperſus